

# Morálne zásady manželov v Augustínovom spise *De bono coniugali*<sup>1</sup>

ANABELA KATRENIČOVÁ

The moral principles of the married couples in saint Augustine's treatise  
*De bono coniugali liber unus*

DOI: <https://doi.org/10.54937/kd.2022.13.1.84-108>

**ABSTRACT:** The treatise of Saint Augustine, bishop of Hippo, intitled *De bono coniugali* presents the unique dogmatist and at the same time moralistic view on the topic of marriage, which did not have, at the time, the analogy in the patristic literature. In this paper we focus on the Saint Augustine's apology of the marriage. In centre of our interest will be the moral principles of the married couples issued from the main characteristic rudiments of the marriage defined by our bishop of Hippo that are used in the catholic Church almost without any changes also in nowadays. The marriage as the union of man and woman was from the beginning viewed as the base of the human society of any religion. Also the pagan Rome esteemed a lot the family and the spouses procreating and raising the children for the fatherland. The Christianity brings to the marriage the new aspect by giving to it the character of the sanctity and inviolability. The marriages were united with the goal of the procreation of the legitimate offspring but its absence, according Saint Augustine, did not make the obstacle of the sanctity and the purpose of the marriage. The Church in the confrontation with the pagan customs and traditions, or the sinful concupiscence of the man, well maintained the observation of the sacrament of the marriage, which provides with the new content. That is why the marriage became the sacred union based on the norm of the inviolability, the equality of both spouses, the procreation of the offspring and mutual fidelity. By these rules the Church helped the women to gain the more dignify position in the society than it given by the roman legislative.

Keywords: Saint Augustine, marriage, good, moral, sin

## Úvod

Spis Hipponského biskupa sv. Augustína nesúci názov *De bono coniugali*<sup>2</sup> (Dobro manželstva) je síce nevelký svojim rozsahom, o to viac však púta pozornosť svojim obsahom. Predstavuje totiž jedinečný dogmaticko-moralistický pohľad na problematiku manželstva, ktorý v dejinách patristickej literatúry dovtedy nemal zastúpenie. V tomto článku si konkrétne predstavíme Augustínovu obranu manželstva a bližšie sa pozrieme na morálne zásady kresťanských manželov vychádzajúce

<sup>1</sup> Túto prácu podporila Vedecká grantová agentúra MŠVVaŠ a SAV č. VEGA 1/0257/20 Koncept ženy hrdinky v stredovekej exegetickej literatúre.

<sup>2</sup> AUGUSTINUS, Aurelius. *De bono coniugali liber unus*. CSEL 41. 5. s. 185 - 231.

z hlavných charakteristických prvkov manželstva tak, ako ich definoval sv. Augustín a tak, ako sú takmer bezo zmeny dodnes prijímané náukou cirkvi. Rovnako predstavíme prvý preklad Augustínovho spisu *De bono coniugali* v slovenčine.

Manželstvo ako spojenie muža a ženy tvorilo od nepamäti základ ľudskej spoločnosti, nech už vyznávala akékoľvek náboženstvo. Aj pohanský Rím mal v patričnej úcte rodinu a manželov plodiacich a vychovávajúcich svoje deti pre vlast'. Kresťanstvo však manželstvu prináša nový rozmer tým, že mu dáva sviatostný a nerozlučiteľný charakter. Potvrdil ho sám Ježiš Kristus svojou účasťou na svadbe v Káne Galilejskej<sup>3</sup> a svojimi výrokmi o tom, že človeku nie je možné rušiť to, čo Boh raz spojil.<sup>4</sup> Apoštolí vo svojich listoch potvrdzujú to isté a vzbudzujú pohoršenie u veriacich Židov.<sup>5</sup> Augustín o tom hovorí v 13. kapitole diela *De bono coniugali*: „*To je natoľko závažná vec, že sa dnes mnohí ľahšie zdržia od každého obcovania počas celého života ako by sa držali umiernenosti, aby sa spájali len kvôli potomstvu, ak by sa spojili v manželstve.*“<sup>6</sup> Manželstvo sa uzatvárali s cieľom plodenia legitímnych potomkov, ich absencia však podľa sv. Augustína nebránila v posvätnosti a účelnosti manželstva.<sup>7</sup> Cirkev v boji s pohanskými zvykmi a tradíciami, či hriešnou žiadostivosťou človeka, starostlivo dbala na zachovávanie sviatosti manželstva,<sup>8</sup> ktoré naplňa novým obsahom. Manželstvo sa tak stáva posvätným zväzkom, ktoré je založené na princípe nerozlučiteľnosti, rovnosti oboch manželov, plodení potomstva a vzájomnej vernosti.<sup>9</sup>

### *Manželstvo a morálne zásady manželov v učení sv. Augustína*

Sv. Augustín spísal dielo *De bono coniugali* pravdepodobne v rozmedzí rokov 399 – 401<sup>10</sup> ako priamu odpoveď na kontroverziu, ktorú vyvolal Jovinian, keď na základe biblických citácií postavil na roveň zásluhy zasvätených panien a manželskú čistotu.<sup>11</sup> Jovinianovo pochybenie spočívalo v prílišnom vyzdvihovaní manželstva, ako

<sup>3</sup> Jn 2, 1 – 12.

<sup>4</sup> Mt 19, 6.

<sup>5</sup> Mt 19, 10.

<sup>6</sup> AUGUSTINUS, *De bono coniugali*, 13, 15: „*Quod tam magnum est, ut multi hodie facilius se tota vita ab omni concubitu abstineant quam modum teneant non coeundi nisi prolis causa, si matrimonio copulentur.*“ AUGUSTINUS, *De bono coniugali*, 3.3.

<sup>7</sup> AUGUSTINUS, *De bono coniugali*, 3.3.

<sup>8</sup> Porov.: BRODŇANSKÁ, Erika. „Predmanželská náuka“ Gregora z Nazianzu. In *Teologický časopis*, 2009, roč. 7, č.3, s. 43 – 52. Tiež: BRODŇANSKÁ, Erika. Gregor z Nazianzu. Proti ženám, čo sa príliš krásia. In PANCZOVÁ, Helena (ed.). *O nepravé ženskej kráse*. Bratislava : Dobrá kniha, 2007, s. 129 – 144.

<sup>9</sup> Porov.: HAMMAN, Adalbert, Gautier. *La vita quotidiana nell’Africa di s. Agostino*. Milano : Jaca Book 1989, s. 77 – 78.

<sup>10</sup> TRAPÈ, Agostino. *Introduzione*. In *Sant’agostino. La dignità del matrimonio*. Roma 1978. s. 3 – 7. Tiež: OTTEN, Willemien. Augustine on marriage, monasticism, and the community of the Church. In *Theological Studies*, 1998, č. 59, s. 385 – 405. <https://doi.org/10.1177/004056399805900301>

<sup>11</sup> Porov. AUGUSTINUS, Aurelius. *Retractationes* CSEL 36. Vienna 1902. 2, 22: „*Joviniani haeresis sacram virginum meritum aequando pudicitiae coniugali tantum valuit in urbe Roma, ut nonnullas etiam sanctimonialias, de quarum pudicitia suspicio nulla praecesserat, deiecit in nuptias diceretur, hoc maxime argumento cum eas urgeret dicens: Tu ergo melior quam Sara, melior quam Susanna sive Anna? Et ceteras commemorando testimonio sanctae Scripturae commendatissimas feminas, quibus se illae meliores, vel etiam pares cogitare non possent. Hoc modo etiam virorum sanctorum sanctum caelibatum commemoratione patrum coniugatorum et comparatione frangebatur. Huic monstro sancta Ecclesia quae ibi est, fidelissime ac fortissime restitit. Remanserant autem istae disputationes eius in quorundam sermunculis ac*

stavu, ktorý má byť uprednostňovaný aj pred životom v celibáte aj pred zasväteným panenstvom. Proti tomuto učeniu vystúpil sv. Ambróz<sup>12</sup> a sv. Hieronym.<sup>13</sup> Avšak tí sa vo svojich obranách zasväteného stavu nedokázali vyhnúť kritike manželstva a jeho znevažovaniu poukazujúc na hriechnosť, ktorá tento stav sústavne sprevádza. Genialita a originalita Augustínovej apológie učenia katolíckej cirkvi<sup>14</sup> v otázke manželstva preto spočíva v úplne novom a pritom jednoduchom pohľade a prístupe k danej problematike, ku ktorému dospel aj vďaka bludom manichejcov a pelagiáncov.<sup>15</sup>

Biskup z Hippo prestáva hľadiť na manželstvo a panenstvo ako na dva proti sebe stojace stavy, z ktorých jeden musí ustúpiť druhému. V skutočnosti aj manželstvo aj zasvätené panenstvo predstavuje dobro, jedno väčšie ako druhé, ale predsa len dobro. Rovnako prestáva považovať manželstvo a smilstvo za dve zlá, z ktorých to druhé je horšie, ale manželstvo a zdržanlivosť chápe ako dve dobrá, z ktorých to druhé je lepšie. Augustín o tom píše: „*O manželstve nehovoríme, že je dobrom preto, že je dobrom v porovnaní so smilstvom. Inak by boli dve zlá, z ktorých to druhé by bolo väčšie. Potom by aj smilstvo bolo dobrom, keďže cudzoložstvo je horšie.*“<sup>16</sup> Na základe tohto svojho presvedčenia sv. Augustín koncipuje aj celé svoje dielo. Rozdeľuje ho na päť častí. V prvej časti sv. Augustín charakterizuje manželstvo ako prirodzený zväzok muža a ženy, ktorých spája dobro vzájomného priateľstva a tým vytvárajú základnú bunku spoločnosti. V druhej časti poukazuje na skutočnosť, že manželstvo je dobrom samo o sebe, hoci nepredstavuje nevyhnutné dobro. Biskup z Hippo v tretej časti svojej apológie manželstva pomenováva jeho dobrá, ktorými sú potomstvo, vernosť a sviatosťnosť. Z dobier manželstva prirodzene vyplýva aj skutočnosť, že manželské spojenie za účelom plodenia potomstva je nepoškvrnené a morálne neutrálne, čo tvorí obsah štvrtej časti Augustínovho diela. V piatej časti uvádza ako príklady manželstvá starozákonných patriarchov zdôrazňujúc skutočnosť, že oni mali cnosť zdržanlivosti v danosti a neuskutočňovali ju len z dôvodu, že v ich časoch bolo potrebné rozmnožovať Boží ľud. Záverečné kapitoly už tvorí priama odpoveď na Joviniánove námietky a jeho heretické učenie.

Pozrite sa však bližšie na to, ako sv. Augustín chápe manželstvo a aké povinnosti ukladá manželom. Sv. Augustín vo svojej úvahe charakterizuje manželstvo ako dobro, ktoré v prvom rade vytvára ľudská prirodzenosť. Tá je vo svojej podstate zameraná na dobro druhého človeka a k svojmu naplneniu potrebuje vstúpiť do spoločenského zväzku založeného na vzájomnom priateľstve. A biskup z Hippo v prirodzenej rovine označuje práve priateľstvo za hlavné dobro manželstva. Záro-

---

*susuris, quas palam suadere nullus audebat. Sed etiam occulte venenis repentibus facultate quam donabat Dominus occurrendum fuit, maxime quoniam iactabatur Ioviniano responderi non potuisse cum laude, sed cum vituperatione nuptiarum.*“

<sup>12</sup> AMBROSIUS. *Epistolae*. MPL 16. Paris : Migne 1845. col. 966 – 970.

<sup>13</sup> HIERONYMUS. *Adversus Jovinianum*. MPL 23. Paris : Migne 1883. col. 221 – 354.

<sup>14</sup> SCHAFF, Philip. *Nicene and Post-Nicene Fathers First Series, Volume 3*. Buffalo, NY : Christian Literature Publishing Co, 1887. Dostupné na internete: <<http://www.newadvent.org/fathers/1309.htm>> [23. 11. 2020]

<sup>15</sup> CLARK, Elizabeth, Ann. „Adam’s Only Companion“: Augustine and the Early Christian Debate on Marriage. In *Recherches Augustiniennes XXI*, 1986, č. 1, s. 139 – 162. <https://doi.org/10.1484/J.RA.5.102318>

<sup>16</sup> AUGUSTINUS, *De bono coniugali*, 8. 8.: „*Quod non sic dicimus bonum, ut in fornicationis comparatione sit bonum; alioquin duo mala erunt, quorum alterum peius; aut bonum erit et fornicatio, quia est peius adulterium.*“

veň poukazuje na skutočnosť, že muž a žena nie sú cudzorodými bytosťami, keďže žena bola stvorená z muža a preto sa stáva jeho rovnocennou spoločníčkou, hoci následkom hriechu mu má byť podriadená. Sv. Augustín vo svojich úvahách ide ešte ďalej a neváha tvrdiť, že prirodzené dobro manželstva tvorí vzájomnú úprimnú lásku manželov: „*Nezdá sa mi, že je manželstvo dobrom iba kvôli samotnému plodeniu detí, ale aj kvôli prirodzenému spoločeniu sa rozdielnych pohlaví.*“<sup>17</sup>

Z prirodzeného spojenia muža a ženy pochádza potomstvo, ktoré má byť podľa Hipponského biskupa jediným dôstojným dôvodom ich manželského spolužitia.<sup>18</sup> V tomto bode sv. Augustín poukazuje na jednej strane na hriešnosť spojenia muža a ženy, ktoré spočíva práve v jeho telesnosti, na druhej strane však povyšuje potomstvo za druhé dobro manželstva. Boh síce prvým ľudom dal požehnanie v podobe príkazu naplniť zem,<sup>19</sup> avšak ich telesnosť je až dôsledkom trestu za hriech a teda samotný telesný styk<sup>20</sup> musí byť rovnako len dôsledkom hriechu: „*Teraz nie je potrebné, aby sme skúmali a hľadali odpoveď na otázku, ako by mohlo jestvovať potomstvo prvých ľudí, ktorých Boh požehnal slovami: Plodte sa a množte a naplňte zem! (Gn 1, 28), keby nezehrešili, keďže si ich telá za hriech zaslúžili údel smrti a telesný styk sa môže vykonávať len pominuteľnými telami?*“<sup>21</sup> Preto sv. Augustín uvádza vo svojom diele aj rôzne úvahy a názory, ako by ľudia mohli mať potomstvo aj bez telesného spojenia. Ak by totiž nezehrešili, dostali by deti od Boha ako dar aj bez telesného styku. Veď aj ich stvoril bez rodičov a dokázal aj v panenskom lone Márie utvoriť Krista.<sup>22</sup> Boží rozkaz ohľadom plodenia a množenie potomstva sa však mohol chápať aj len v čisto duchovnej rovine, ako napredovanie mysle a hojnosť čnosti: „*Plnosťou a dokonalosťou života i moci by sa stalo, že by sa aj samotný rast a rozmnoženie, o ktorom bolo povedané: Plodte a množte sa, chápal ako napredovanie mysle a hojnosť čnosti.*“<sup>23</sup>

Vzájomná manželská vernosť pre sv. Augustína predstavuje jeden z ďalších základných pilierov manželstva a jedno z jeho základných dobier. Vernosťou sú rovnako zaviazaní obaja manželia ako píše: „*Hoci si manželia navzájom plnia manželské povinnosti a niekedy si to žiadajú s menšou umiernenosťou a zdržanlivosťou, predsa ich oboch rovnako zaväzuje vernosť. Vernosť musí byť vzájomná však vzájomná.*“<sup>24</sup> Sv. Au-

<sup>17</sup> AUGUSTINUS, *De bono coniugali*, 3.3.: „*Quod mihi non videtur propter solam filiorum procreationem, sed propter ipsam etiam naturalem in diverso sexu societatem.*“

<sup>18</sup> AUGUSTINUS, *De bono coniugali*, 3.3.

<sup>19</sup> Gn 1, 28.

<sup>20</sup> CLARK, Elizabeth, Ann. *St. Augustustine on Marriage and Sexuality*. Washington : The Catholic University of America Press, 1996, s. 16.

<sup>21</sup> AUGUSTINUS, *De bono coniugali*, 2.2.: „*Nec nunc opus est, ut scrutemur et in ea quaestione definitam sententiam proferamus, unde primorum hominum proles posset exsistere, quos benedixerat Deus dicens: Crescite et multiplicamini et implete terram, si non peccassent, cum mortis condicionem corpora eorum peccando meruerint nec esse concubitus nisi mortalium corporum possit.*“

<sup>22</sup> AUGUSTINUS, *De bono coniugali*, 2.2.

<sup>23</sup> AUGUSTINUS, *De bono coniugali*, 2.2.: „*sive ibi multa mystice ac figurate dicta sint aliterque sit intellegendum, quod scriptum est: Implete terram et dominamini eius, id est, ut plenitudine et perfectione vitae ac potestatis id fieret, ut ipsum quoque incrementum et multiplicatio, qua dictum est: Crescite et multiplicamini, propectu mentis et copia virtutis intellegatur.*“

<sup>24</sup> AUGUSTINUS, *De bono coniugali*, 4.4.: „*Huc accedit, quia in eo ipso, quod sibi invicem coniuges debitum solvunt, etiamsi id aliquanto intemperantius et incontinentius expetant, fidem tamen sibi pariter debent.*“

gustín ju však nechápe len v jej striktnom vymedzení, ako zachovávanie vernosti manželskému lôžku, ale jej význam rozširuje a hovorí predovšetkým o vernosti v úcte a oddanosti.<sup>25</sup> Vernosť sama môže spôsobiť posvätný charakter manželstva. Manželia vo svojich smrteľných telách sa stávajú svätými a posväcujú sa navzájom, ak zachovávajú vernosť sebe i Bohu.<sup>26</sup> V neposlednom rade, pre sv. Augustína manželstvo má aj akýsi protektívny ráz v podobe vernosti, keďže chráni pred smilstvom a cudzoložstvom: „*Manželia sú si teda povinní zachovávať vernosť nielen v pohlavnom spájaní sa z dôvodu plodenia detí, čo predstavuje prvé spoločenstvo pominuteľného ľudského rodu. Sú povinní podriaďovať sa jeden druhému, aby spoločne prekonalí svoje slabosti a vyhlí sa tak nedovolenému telesnému styku. A hoci by sa jednému z manželov páčila ustavičná zdržanlivosť, mohol by ju dodržiavať len so súhlasom toho druhého, lebo žena nemá moc nad svojím telom, ale muž; podobne ani muž nemá moc nad svojím telom, ale žena (1Kor 7, 4). Jeden druhému nech neodopiera to, čo muž vyžaduje od manželky alebo žena od manžela a to nie so zámerom plodenia detí, ale pre svoju slabosť a nezdržanlivosť. Nech sa im to nestane dôvodom pádu do odsúdeniahodnej skazy a nech nepokúšajú diabla pre nezdržanlivosť oboch alebo jedného z nich.*“<sup>27</sup>

S vernosťou ide ruka v ruke samotná nerozlučiteľnosť manželstva. Princípy nerozlučiteľnosti manželstva a rovnosti oboch manželov pred Bohom i svetom navzájom úzko súvisia. Obe vychádzajú z apoštolovho výroku, podľa ktorého muž nemá právo prepustiť svoju manželku rovnako ako žena nemá právo prepustiť svojho manžela a že im nie je dovolené vstúpiť do zväzku s inou ženou alebo iným mužom, kým žije ich legitímny partner.<sup>28</sup> Napriek vtedajším spoločenským pohanským zvykom a názorom má byť rovnosť manželov založená predovšetkým na vzájomnom porozumení a plnosti vzájomnej manželskej lásky uskutočňovanej na duchovnej i morálnej rovine.<sup>29</sup> Manželka sa stáva natoľko rovnocennou svojmu mužovi, že ju sv. Augustín na viacerých miestach neváha nazvať jeho priateľkou. Rovnosť manželov je ďalej zdôraznená apoštolom Pavlom, ktorý píše v 1 Kor 7, 4, že: „*žena nemá moc nad svojím telom, ale muž a rovnako muž nemá moc nad svojím telom, ale žena,*“ pretože si navzájom patria.

### Záver

Sv. Augustín vo svojom diele *De bono coniugali* zadefinoval manželstvo ako prirodzené dobro, ktorého konštitutívnymi prvkami sú tri dobrá: dobro potomstva, vzájomnej vernosti, nerozlučiteľnosti a sviatosti, ktorá manželstvo posúva do

<sup>25</sup> AUGUSTINUS, *De bono coniugali*, 3.3.

<sup>26</sup> AUGUSTINUS, *De bono coniugali*, 11.13.

<sup>27</sup> AUGUSTINUS, *De bono coniugali*, 6.6.: „*Debent ergo sibi coniugati non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem liberorum procreandorum causa, quae prima est humani generis in ista mortalitate societas, verum etiam infirmitatis invicem excipiendae ad illicitos concubitus evitandos mutuam quodam modo servitutem, ut, etsi alteri eorum perpetua continentia placeat, nisi ex alterius consensu non possit; et ad hoc enim uxor non habet potestatem corporis sui, sed vir; similiter et vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, ut et quod non filiorum procreandorum, sed infirmitatis et incontinentiae causa expetit vel ille de matrimonio vel illa de marito, non sibi alterutrum negent, ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas, temptante satana, propter incontinentiam vel amorum vel cuiusquam eorum.*“

<sup>28</sup> Mk 10, 11 – 12.

<sup>29</sup> Porov.: HAMMAN, *La vita quotidiana ...*, s. 78.

nadprirodzenej roviny. Zachovávanie týchto troch dohier vedie manželov k láske a mravnosti, ktorá sa prejavuje tak na duchovnej ako aj telesnej rovine. A hoci sv. Augustín povyšuje plodenie potomstva za jedno z dohier manželstva a považuje ho za morálne neutrálny, predsa sa mu, z časti pod vplyvom platónskej filozofie, úplne nepodarilo oslobodiť od nazerania na telesnosť človeka ako na hriech, ktorý človeka odvádza od duchovného života.<sup>30</sup>

*Latinský text De bono coniugali. Cur coniugium bonum sit quaeritur (1, 1 – 12, 14)<sup>31</sup>*

*Prima naturalis humanae societatis copula vir et uxor est.*

1.1. Quoniam unusquisque homo humani generis pars est et sociale quiddam est humana natura magnumque habet et naturale bonum, vim quoque amicitiae, ob hoc ex uno Deus voluit omnes homines condere, ut in sua societate non sola similitudine generis, sed etiam cognationis vinculo tenerentur. Prima itaque naturalis humanae societatis copula vir et uxor est. Quos nec ipsos singulos condidit Deus et tamquam alienigenas iunxit, sed alteram creavit ex altero, signans etiam vim coniunctionis in latere, unde illa detracta formata est. Lateribus enim sibi iunguntur, qui pariter ambulant et pariter quo ambulant intuentur. Consequens est connexio societatis in filiis, qui unus honestus fructus est non coniunctionis mariset feminae, sed concubitus. Poterat enim esse in utroque sexu etiam sine tali commixtione alterius regentis, alterius obsequentis amicalis quaedam et germana coniunctio.

*Unde primorum hominum proles posset existere, si non peccassent.*

2.2. Nec nunc opus est, ut scrutemur et in ea quaestione definitam sententiam proferamus, unde primorum hominum proles posset existere, quos benedixerat Deus dicens: *Crescite et multiplicamini et implete terram*, si non peccassent, cum mortis condicionem corpora eorum peccando meruerint nec esse concubitus nisi mortaliu corporu possit. Plures enim de hac re sententiae diversaeque exstiterunt; et si examinandum sit, veritatis divinarum Scripturarum quoniam earum potissimum congruat, proluxae disputationis negotium est. Sive ergo sine coeundi complexu alio aliquo modo, si non peccassent, habituri essent filios ex munere omnipotentissimi Creatoris, qui potuit etiam ipsos sine parentibus condere, qui potuit carnem Christi in utero virginali formare et, ut etiam ipsis infidelibus loquar, qui potuit apibus prolem sine concubitu dare; sive ibi multa mystice ac figurate dicta sint aliterque sit intellegendum, quod scriptum est: *Implete terram et dominamini eius*, id est, ut plenitudine et perfectione vitae ac potestatis id fieret, ut ipsum quoque incrementum et multiplicatio, qua dictum est: *Crescite et multiplicamini*, propectu mentis et copia virtutis intellegatur, sicut in psalmo positum est: *Multiplicabis me in anima mea in virtutem*; nec data sit homini prolis ista successio, nisi posteaquam causa peccati

<sup>30</sup> Porov.: KATRENIČOVÁ, Anabela. *Virgo, uxor, vidua. Panenstvo, manželstvo a vdovstvo v učení Aurélie Augustína*. Košice : Univerzita Pavla Jozefa Šafárika v Košiciach, 2021.

<sup>31</sup> Latinský text je prevzatý z: AUGUSTINUS, Aurelius. *De bono coniugali liber unus*. CSEL 41. Vienna : F. Tempsky, 1900, s. 187 – 231.



futura erat in morte decessio; sive corpus non spiritale illis hominibus, sed primo animale factum erat, ut oboedientiae merito postea fieret spiritale ad immortalitatem capessendam non post mortem, quae *invidia diaboli* intravit *in orbem terrarum* et facta est poena peccati, sed per illam commutationem, quam significat Apostolus, ubi ait: *Deinde nos viventes qui reliqui sumus simul cum illis rapiemur in nubibus in obviam Christo in aera*, ut illa corpora primi coniugii et mortalia fuisse intellegamus prima conformatione et tamen non moritura, nisi peccassent, sicut minatus erat Deus: tamquam si vulnus minaretur, quia vulnerabile corpus erat, quod tamen non accidisset, nisi fieret quod ille vetuisset. Ita ergo possent etiam per concubitus talium corporum generationes subsistere, quae usque ad certum modum haberent incrementum, nec vergerent tamen in senium aut usque in senium, nec tamen in mortem, donec illa benedictionis multiplicatione terra impleretur. Si enim vestibus Israelitarum praestitit Deus per annos quadraginta sine ullo detrimento proprium statum, quanto magis praestaret corporibus oboedientium praecepto suo felicissimum quoddam temperamentum certi status, donec in melius converterentur non morte hominis, qua corpus ab anima deseritur, sed beata commutatione a mortalitate ad immortalitatem, ab animali ad spiritalem qualitatem!

2.3. Harum sententiarum quae vera sit, vel si alia vel aliae possunt adhuc ex illis verbis exsculpi, quaerere ac disserere longum est.

### *Cur coniugium bonum sit.*

3.3. Illud nunc dicimus, secundum istam condicionem nascendi et moriendi, quam novimus, et in qua creati sumus, aliquid boni esse coniugium masculi et feminae: cuius confoederationem ita divina Scriptura commendat, ut nec dimissae a viro nubere liceat alteri, quamdiu vir eius vivit, nec dimisso ab uxore liceat alteram ducere, nisi mortua fuerit, quae recessit. Bonum ergo coniugii, quod etiam Dominus in Evangelio confirmavit, non solum quia prohibuit dimittere uxorem nisi ex causa fornicationis, sed etiam quia venit invitatus ad nuptias, cur sit bonum, merito quaeritur. Quod mihi non videtur propter solam filiorum procreationem, sed propter ipsam etiam naturalem in diverso sexu societatem. Alioquin non iam diceretur coniugium in senibus, praesertim si vel amisissent filios vel minime genuissent. Nunc vero in bono licet annoso coniugio, etsi emarcuit ardor aetatis inter masculum et feminam, viget tamen ordo caritatis inter maritum et uxorem, quicquid meliores sunt, tanto maturius a commixtione carnis suae pari consensu se continere coeperunt, non ut necessitatis esset postea non posse quod vellent, sed ut laudis esset primum noluisse quod possent. Si ergo servatur fides honoris et obsequiorum invicem debitorum ab alterutro sexu, etiamsi languescunt et prope cadaverinis utrisque membris, animorum tamen rite coniugatorum tanto sincerior, quanto probatior, et tanto securior, quanto placidior castitas perseverat. Habent etiam id bonum coniugia, quod carnalis vel iuvenilis incontinentia, etiamsi vitiosa est, ad propagandae prolis redigitur honestatem, ut ex malo libidinis aliquid boni faciat copulatio coniugalitatis. Deinde quia reprimatur et quodam modo verecundius aestuat concupiscentia carnis, quam temperat parentalis affectus. Intercedit enim quaedam gravitas fervidae voluptatis, cum in eo, quod sibi vir et mulier adhaerescunt, pater et mater esse meditantur.

*Coniuges fidem sibi pariter debent.*

4.4. Huc accedit, quia in eo ipso, quod sibi invicem coniuges debitum solvunt, etiam si id aliquanto intemperantius et incontinentius expetant, fidem tamen sibi pariter debent. Cui fidei tantum iuris tribuit Apostolus, ut eam potestatem appellaret dicens: *Mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir; similiter autem et vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier.* Huius autem fidei violatio dicitur adulterium, cum vel propriae libidinis instinctu vel alienae consensu cum altero vel altera contra pactum coniugale concumbitur; atque ita frangitur fides, quae in rebus etiam corporeis et abiectis magnum animi bonum est; et ideo eam salutis quoque corporali, qua etiam vita nostra ista continetur, certum est debere praeponi. Etsi enim exigua palea prae multo auro paene res nulla est, fides tamen, cum in negotio paleae, sicut in auri sincera servatur, non ideo minor est, quia in re minore servatur. Cum vero ad peccatum admittendum adhibetur fides, mirum si fides appellanda est; verumtamen qualiscumque sit, si et contra ipsam fit, peius fit; nisi cum propterea deseritur, ut ad veram fidem ac legitimam redeatur, id est, ut peccatum emendetur voluntatis pravitate correcta. Tamquam si quisque, cum hominem solus exspoliare non possit, inveniatur socium iniquitatis et cum eo paciscatur, ut simul id faciant spoliisque partiantur, quo facinore commisso totum solus auferat. Dolet quidem ille et fidem sibi servatam non esse conqueritur; verum in ipsa sua querela cogitare debet potius in bona vita ipsi humanae societati fuisse servandam, ne praeda iniqua ex homine fieret, si sentit, quam inique sibi in peccati societate servata non fuerit. Ille quippe utrobique perfidus profecto sceleratior iudicandus est. At si id, quod male fecerant, ei displicuisset et propterea cum particeps facinoris praedam dividere noluisse, ut homini, cui ablata fuerat, redderetur, eum perfidum nec perfidus diceret. Ita mulier, si fide coniugali violata fidem servet adultero, utique mala est; sed si nec adultero, peior est. Porro si eam flagitii paeniteat et ad castitatem rediens coniugalem pacta ac placita adulterina rescindat, miror, si eam fidei violatricem vel ipse adulter putabit.

*Quando coniunctio masculi et feminae nuptiae vocanda non sit.*

5.5. Solet etiam quaeri, cum masculus et femina, nec ille maritus nec illa uxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed propter incontinentiam solius concubitus causa copulantur ea fide media, ut nec ille cum altera nec illa cum altero id faciat, utrum nuptiae sint vocandae. Et potest quidem fortasse non absurde hoc appellari connubium, si usque ad mortem alteriuse eorum id inter eos placuerit et prolis generationem, quamvis non ea causa coniuncti sint, non tamen vitaverint, ut vel nolint sibi nasci filios, vel etiam opere aliquo malo agant, ne nascantur. Ceterum si vel utrumque vel unum horum desit, non invenio, quemadmodum has nuptias appellare possimus. Etenim si aliquam sibivir ad tempus adhibuerit, donec aliam dignam vel honoribus vel facultatibus suis inveniatur, quam comparem ducat, ipso animo adulter est, nec cum illa, quam cupit invenire, sed cum ista, cum qua sic cubat, ut cum ea non habeat maritale consortium. Unde et ipsa hoc sciens ac volens impudice utique miscetur ei, cum quo non habet foedus uxorium. Verumtamen si ei tori fidem servet et, cum ille uxorem duxerit, nubere ipsa non cogitet atque a tali prorsus opere continere se praeparet, adulteram quidem fortassis facile appellare



non audeam; non peccare tamen quis dixerit, cum eam viro, cuius uxor non est, misceri sciat? Iam vero si ex illo concubitu, quantum ad ipsam attinet, non nisi filios velit et, quidquid ultra causam procreandi patitur, invita patiatur, multis quidem ista matronis anteponenda est, quae tametsi non sunt adulterae, viros tamen suos plerumque etiam continere cupientes ad reddendum carnale debitum cogunt non desiderio prolis, sed ardore concupiscentiae ipso suo iure intemperanter utentes, in quarum tamen nuptiis bonum est hoc ipsum, quod nuptae sunt. Ad hoc enim nuptae sunt, ut illa concupiscentia redacta ad legitimum vinculum non deformis et dissoluta fluitaret, habens de se ipsa irrefrenabilem carnis infirmitatem, de nuptiis autem indissolubilem fidei societatem, de se ipsa progressum immoderate coeundi, de nuptiis modum caste procreandi. Etsi enim turpe est libidinose uti velle marito, honestum est tamen nolle misceri nisi marito et non parere nisi de marito.

5.6. Sunt item viri usque adeo incontinentes, ut coniugibus nec gravidis parcant. Quidquid ergo inter se coniugati immodestum, inverecundum, sordidum gerunt, vitium est hominum, non culpa nuptiarum.

*Nuptiae ab adulterio seu fornicatione defendunt.*

6.6. Iam in ipsa quoque immoderatiore exactione debiti car/nalis, quam eis non secundum imperium praecipit, sed secundum veniam concedit Apostolus, ut etiam praeter causam procreandi sibi misceantur, etsi eos pravi mores ad talem concubitu impellunt, nuptiae tamen ab adulterio seu fornicatione defendunt. Neque enim illud propter nuptias admittitur, sed propter nuptias ignoscitur. Debent ergo sibi coniugati non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem liberorum procreandorum causa, quae prima est humani generis in ista mortalitate societas, verum etiam infirmitatis invicem excipiendae ad illicitos concubitus evitandos mutuam quodam modo servitutem, ut, etsi alteri eorum perpetua continentia placeat, nisi ex alterius consensu non possit; et ad hoc enim *uxor non habet potestatem corporis sui, sed vir; similiter et vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier*, ut et quod non filiorum procreandorum, sed infirmitatis et incontinentiae causa expetit vel ille de matrimonio vel illa de marito, non sibi alterutrum negent, ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas, temptante satana, propter incontinentiam vel amborum vel cuiusquam eorum. Coniugalis enim concubitus generandi gratia non habet culpam; con/cupiscentiae vero satiandae, sed tamen cum coniuge, propter tori fidem venialem habet culpam; adulterium vero sive fornicatio letalem habet culpam. Ac per hoc melior est quidem ab omni concubitu continentia quam vel ipse matrimonialis concubitus, qui fit causa gignendi.

6.7. Sed quia illa continentia meriti amplioris est, reddere vero debitum coniugale nullius est criminis, exigere autem ultra generandi necessitatem culpae venialis, fornicari porro vel moechari puniendi criminis, cavere debet caritas coniugalis, ne, dum sibi quaerit, unde amplius honoretur, coniugi faciat, unde damnetur. *Qui enim dimittit uxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam moechari*. Usque adeo foedus illud initum nuptiale cuiusdam sacramenti res est, ut nec ipsa separatione irritum fiat, quandoquidem vivente viro et a quo relicta est moechatur, si alteri nupserit, et ille huius mali causa est qui reliquit.

*Propter sacramentum, interveniente divortio, non aboletur confoederatio nuptialis.*

7.7. Miror autem, si, quemadmodum licet dimittere adulteram uxorem, ita liceti ea dimissa alteram ducere. Facit enim de hac re sancta Scriptura difficilem nodum, dicente Apostolo, ex praecepto Domini mulierem a viro non debere discedere; quodsi discesserit, manere innuptam aut viro suo reconciliari: cum recedere utique et manere innupta nisi ab adultero viro non debeat, ne recedendo ab eo, qui adulter non est, faciat eum moechari. Reconciliari autem viro vel tolerando, si se ipsa continere non potest, vel correcto, forsitan iuste potest. Quomodo autem viro possit esse licentia ducendae alterius, si adulteram reliquerit, cum mulieri non sit nubendi alteri, si adulterum reliquerit, non video. Quae si ita sunt, tantum valet illud sociale vinculum coniugum, ut, cum causa procreandi colligetur, nec ipsa causa procreandi solvatur. Possitenim homo dimittere sterilem uxorem et ducere, de qua filios habeat, et tamen non licet, et nostris quidem iam temporibus ac more Romano nec superducere, ut amplius habeat quam unam vivam; et utique relicta adultera vel relicto adultero possent plures nasci homines, si vel illa alteri nuberet, vel ille alteram duceret. Quod tamen si non licet, sicut divina regula praescribere videtur, quem non faciat intentum, quid sibi velit tanta firmitas vinculi coniugalis? Quod nequaquam puto tantum valere potuisse, nisi alicuius rei maioris ex hac infirma mortalitate hominum quoddam sacramentum adhiberetur, quod deserentibus hominibus atque id dissolvere cupientibus inconsummum iis maneret ad poenam, siquidem interveniente divortio non aboletur illa confoederatio nuptialis, ita ut sibi coniuges sint etiam separati, cum illis autem adulterium committant, quibus fuerint etiam postuum repudium copulati, vel illa viro vel ille mulieri. Nec tamen nisi *in civitate Dei nostri, in monte sancto eius*, talis est causa cum uxore.

7.8. Ceterum aliter se habere iura gentilium quis ignorat? ubi interposito repudio sine reatu aliquo ultionis humanae et illa, cui voluerit, nubit, et ille, quam voluerit, ducit. Cui consuetudini simile aliquid propter Israelitarum duritiam videtur permississe Moyses de libello repudii. Qua in re exprobratio quam approbatio divortii magis apparet.

*Nuptiae bonum per se ipsae sunt.*

8.8. *Honorabiles ergo nuptiae in omnibus et torus immaculatus.* Quod non sic dicimus bonum, ut in fornicationis comparatione sit bonum; alioquin duo mala erunt, quorum alterum peius; aut bonum erit et fornicatio, quia est peius adulterium: peius est enim alienum matrimonium violare quam meretrici adhaerere; et bonum adulterium, quia est peior incestus: peius est enim cum matre quam cum aliena uxore concumbere; et donec ad ea perveniatur, quae, sicut ait Apostolus, *turpe est etiam dicere*, omnia bona erunt in comparatione peiorum. Hoc autem falsum esse quis dubitet? Non ergo duo mala sunt connubium et fornicatio, quorum alterum peius, sed duo bona sunt connubium et continentia, quorum alterum est melius. Sicut ista temporalis sanitas et imbecillitas non sunt duo mala, quorum alterum peius, sed ista sanitas et immortalitas duo bona sunt, quorum alterum melius. Item scientia et vanitas non duo mala sunt, quorum vanitas peius, sed scientia et caritas duo bona sunt, quorum caritas melius. Namque *scientia destruetur*, ait Apostolus,

et tamen huic tempori necessaria est; *caritas autem numquam cadet*. Sic et mortalis ista generatio, propter quam fiunt nuptiae, destruetur; ab omni autem concubitu immunitas, et hic angelica meditatio est et permanet in aeternum. Sicut autem ieiuniis sacrilegorum meliora sunt prandia iustorum, ita nuptiae fidelium virginitati anteponuntur impiarum. Verumtamen neque ibi prandium ieiunio, sed iustitia sacrilegio neque hic nuptiae virginitati, sed fides impietati praefertur. Ad hoc enim iusti, cum opus est, prandent, ut tamquam boni domini quod iustum et aequum est servis corporibus praebeant; ad hoc autem sacrilegi ieiunant, ut daemonibus serviant. Sic ad hoc nubunt fideles, ut maritis pudice copulentur; ad hoc autem sunt virgines impiae, ut a vero Deo fornicentur. Sicut ergo bonum erat, quod Martha faciebat, occupata circa ministerium sanctorum, sed melius, quod *Maria* soror eius *sedens ad pedes Domini* et audiens *verbum eius*: ita bonum Susannae in coniugali castitate laudamus; sed tamen ei bonum viduae Annae ac multo magis Mariae virginis anteponimus. Bonum erat, quod faciebant, quae de substantia sua Christo ac discipulis eius necessaria ministrabant; sed melius, qui omnem suam substantiam dimiserunt, ut expeditiores eundem Dominum sequerentur. In his autem binis bonis, sive quae isti sive quae Martha et Maria faciebant, fieri non posset, quod melius est, nisi altero praetermisso aut relicto. Unde intellegendum est non ideo malum putandum esse nuptias, quia, nisi ab eis abstinenceatur, non potest haberi virginalis castitas aut virginalis integritas. Neque enim ideo malum erat, quod Martha faciebat, quia, nisi inde abstineret soror eius, non faceret, quod melius erat; aut ideo malum est suscipere iustum aut prophetam in domum suam, quia nec domum habere debet, ut quod melius est faciat qui vult ad perfectionem Christum sequi.

*Bona propter se ipsa expetenda et bona propter aliquid necessaria.*

9.9. Sane videndum est alia bona nobis Deum dare, quae propter se ipsa expetenda sunt, sicut est sapientia, salus, amicitia, alia, quae propter aliquid sunt necessaria, sicut doctrina, cibus, potus, somnus, coniugium, concubitus. Horum enim quaedam necessaria sunt propter sapientiam, sicut doctrina, quaedam propter salutem, sicut cibus et potus et somnus, quaedam propter amicitiam, sicut nuptiae vel concubitus; hinc enim subsistit propagatio generis humani, in quo societas amicalis magnum bonum est. His itaque bonis, quae propter aliud necessaria sunt, qui non ad hoc utitur, propter quod instituta sunt, peccat alias venialiter, alias damnabiliter. Quisquis vero eis propter hoc utitur, propter quod data sunt, bene facit. Cui ergo non sunt necessaria, si non eis utitur, melius facit. Proinde ista bona cum opus habemus, bene volumus; sed melius ea nolumus quam volumus, quia tunc melius nos habemus, cum ea necessaria non habemus. Ac per hoc bonum est nubere, quia bonum est filios procreare, matrem familias esse; sed melius est non nubere, quia melius est ad ipsam humanam societatem hoc opere non egere. Ita enim iam sese habet humanum genus, ut aliis, qui se non continent, non solum per nuptias occupatis, sed multis etiam per illicitos concubitus luxuriantibus, bono Creatore de malis eorum faciente, quod bonum est, non desit numerositas proles et abundantia successionis, unde sanctae amicitiae conquirantur. Ex quo colligitur primis temporibus generis humani, maxime propter Dei populum propagandum, per quem et prophetaretur

nasceretur Princeps et Salvator omnium populorum, uti debuisset sanctos isto non propter se expetendo, sed propter aliud necessario bono nuptiarum; nunc vero, cum ad ineundam sanctam et sinceram societatem undique ex omnibus gentibus copia spiritualis cognationis exuberet, etiam propter solos filios connubia copulare cupientes, ut ampliore continentiae bono potius utantur, admonendi sunt.

*Hoc tempore solos eos qui se non continent coniugari oportet.*

10.10. Sed novi, quid murmurent. Quid? Si, inquiunt, omnes homines velint ab omni concubitu continere, unde subsisteret genus humanum? Utinam omnes hoc vellent dumtaxat in caritate *de corde puro et conscientia bona et fide non ficta*; multo citius Dei civitas completeretur et acceleraretur terminus saeculi. Quid enim aliud hortari apparet Apostolum, ubi ait, cum inde loqueretur: *Vellem omnes esse sicut me ipsum?* Aut illo loco: *Hoc autem dico, fratres: tempus breve est; reliquum est, ut et hi, qui habent uxores, tamquam non habentes sint; et qui flent, tamquam non flentes; et qui gaudent, tamquam non gaudentes; et qui emunt, tamquam non ementes; et qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur: praeterit enim figura huius mundi. Volo vos sine sollicitudine esse.* Deinde subiungit: *Qui sine uxore est, cogitat ea quae sunt Domini, quomodo placeat Domino. Qui autem matrimonio coniunctus est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat uxori. Et divisa est mulier innupta et virgo: quae innupta est, sollicita est ea quae sunt Domini, ut sit sancta et corpore et spiritu; quae autem nupta est, sollicita est quae sunt mundi, quomodo placeat viro.* Unde mihi videtur hoc tempore solos eos, qui se non continent, coniugari oportere secundum illam eiusdem Apostoli sententiam: *Quodsi se non continent, nubant; melius est enim nubere quam uri.*

*Nuptiae illum concubitus qui fit per incontinentiam ignosci impetrant.*

10.11. Nec ipsis tamen peccatum sunt nuptiae, quae, si in comparatione fornicationis eligerentur, minus peccatum essent quam fornicatio, sed tamen peccatum essent. Nunc autem quid dicturi sumus adversus evidentissimam vocem Apostoli dicentis: *Quod vult faciat; non peccat, si nubat; et: Si acceperis uxorem, non peccasti; et si nupserit virgo, non peccat?* Hinc certe iam dubitare fas non est nuptias non esse peccatum. Non itaque nuptias secundum veniam concedit Apostolus (nam quis ambigat absurdissime dici non eos peccasse, quibus venia datur?), sed illum concubitus secundum veniam concedit, qui fit per incontinentiam, non sola causa procreandi et aliquando nulla causa procreandi, quem nuptiae non fieri cogunt, sed ignosci impetrant: si tamen non ita sit nimius, ut impediatur quae seposita esse debent tempora orandi, nec immutetur in eum usus, qui est contra naturam, de quo Apostolus tacere non potuit, cum de corruptelis nimis immundorum et impiorum hominum loqueretur. Concubitus enim necessarius causa generandi, inculpabilis et solus ipse nuptialis est. Ille autem, qui ultra istam necessitatem progreditur, iam non rationi, sed libidini obsequitur. Et hunc tamen non exigere, sed reddere coniugi, ne fornicando damnabiliter peccet, ad personam pertinet coniugalem. Si autem ambo tali concupiscentiae subiguntur, rem faciunt non plane nuptiarum. Verumtamen si magis in sua coniunctione diligunt quod honestum, quam quod inhonestum est, id est quod nuptiarum quam id, quod non est nuptiarum, hoc eis auctore Apo-

stolo secundum veniam conceditur: cuius delicti non habent hortatrices nuptias, sed deprecatrices, si Dei misericordiam non a se avertant, vel non abstinendo quibusdam diebus, ut orationibus vacent, et per hanc abstinenciam sicut per ieiunia commendent preces suas, vel immutando naturalem usum in eum usum, qui est contra naturam, quod damnabilius fit in coniuge.

*Concubitus contra naturam.*

11.12. Nam cum ille naturalis usus, quando prolabitur ultra pacta nuptialia, id est ultra propagandi necessitatem, venialis sit in uxore, in meretrice damnabilis; iste, qui est contra naturam, execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in uxore. Tantum valet ordinatio Creatoris et ordo creaturae, ut in rebus ad utendum concessis, etiam cum modus exce/ditur, longe sit tolerabilius quam in ea, quae concessa non sunt, vel unus vel rarus excessus. Et ideo in re concessa immoderatio coniugis, ne in rem non concessam libido prorumpat, toleranda est. Hinc est etiam, quod longe minus peccat quamlibet assiduus ad uxorem quam vel rarissimus ad fornicationem. Cum vero vir membro mulieris non ad hoc concessio uti voluerit turpior est uxor, si in se, quam si in alia fieri permiserit. Decus ergo coniugale est castitas procreandi et reddendi carnalis debiti fides: hoc est opus nuptiarum, hoc ab omni crimine defendit Apostolus dicendo: *Et si acceperis uxorem, non peccasti; et si nupserit virgo, non peccat; et: Quod vult faciat; non peccat, si nubat.* Exigendi autem debiti ab alterutro sexu immoderatio progressio propter illa, quae supra dixit, coniugibus secundum veniam conceditur.

*Sancta sunt etiam corpora coniugatorum...*

